

CONCOURS EDHEC 2022

ORAUX LANGUES

LATIN

A large, solid pink triangle pointing towards the bottom right corner of the page.

Make an impact

Satire

Horace

Le poète conte son voyage vers la Campanie

huc venturus erat Maecenas optimus atque
 Cocceius, missi magnis de rebus uterque
 legati, aversos soliti componere amicos.

5 hic oculis ego nigra meis collyria lippus¹
 inlinere. interea Maecenas advenit atque
 Cocceius Capitoque simul Fonteius, ad unguem
 factus homo, Antoni, non ut magis alter, amicus.

(...)

8 in Mamurrarum lassae deinde urbe manemus,
 Murena praebente domum, Capitone culinam.
 10 postera lux oritur multo gratissima; namque
 Plotius et Varius Sinuessae Vergiliusque
 occurrunt, animae, qualis² neque candidiores
 terra tulit neque quis³ me sit devinctior alter.
 o qui complexus et gaudia quanta fuerunt !
 15 nil ego contulerim iucundo sanus amico.

¹Lippus : chassieux, souffrant d'une inflammation oculaire.

²Qualis = quales

³Quis = quibus

Satire

Horace

Le poète conte son voyage vers la Campanie

obiciet nemo sordis¹ mihi, quas tibi, Tilli,
 cum, Tiburte via, praetorem quinque secuntur
 te pueri, lasanum portantes oenophorumque.
 hoc ego commodius quam tu, praeclare senator,
 milibus atque aliis vivo. quacumque libido est,
 incedo solus, percontor quanti holus ac far²,
 fallacem³ circum vespertinumque pererro
 saepe forum, adsisto divinis, inde domum me
 ad porri et ciceris refero laganique catinum;

(...)

ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum
 admonuit, fugio campum lusumque trigonem.
 pransus non avide, quantum interpellat inani
 ventre diem durare, domesticus otior. haec est
 vita solutorum misera ambitione gravique;
 his me consolor victurum suavius ac si
 quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset.

¹Sordis = sordes, féminin pluriel, traduire par « les bassesses », « l'avarice ».

²Quanti holus ac far = quanti sint olus ac far (holus = olus).

³Fallacem : au sens de « rempli de trompeurs »

Annales

Tacite

Début du règne de Tibère. Après une sédition, les légions, revenues à l'ordre, poursuivent leur campagne en Germanie.

Caesar¹ avidas legiones, quo² latior populatio³ foret, quattuor in cuneos disperit;
 quinquaginta milium spatium⁴ ferro flammisque pervastat. non sexus, non aetas
 miserationem attulit: profana simul et sacra et celeberrimum illis gentibus templum quod
 Tanfanae vocabant solo aequantur. sine vulnere milites, qui semisomnos, inermos aut
 5 palantis ceciderant. excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Vsipetes, saltusque, per quos
 exercitui regressus, insedere. (...)

Nuntiata ea Tiberium laetitia curaque adfecere⁵: gaudebat oppressam seditionem, sed quod
 largiendis pecuniis et missione festinata favorem militum quaesivisset, bellica quoque
 Germanici gloriaangebatur.

¹Il s'agit ici de Germanicus.

²Quo + *subj.* : pour que.

³Populatio : les ravages, la zone à ravager

⁴quinquaginta milium spatium : le complément circonstanciel indiquant une étendue est à l'accusatif (« sur ... »)

⁵Adficio + *acc* + *abl* : emplir qqun de...

Annales

Tacite

Jugements portés sur l'œuvre d'Auguste, à l'occasion de sa mort.

(Dicebatur) non regno tamen neque dictatura, sed principis nomine constitutam rem publicam; mari Oceano aut omnibus longinquis saeptum imperium; legiones, provincias, classes, cuncta inter se conexa; ius apud cives, modestiam apud socios; urbem ipsam magnifico ornatu; pauca admodum vi tractata quo ceteris quies esset.

- 5 Dicebatur contra: (...) sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiae deceptos; post Antonium, Tarentino Brundisinoque foedere et nuptiis sororis inlectum, subdolae adfinitatis poenas morte exsolvisse. Pacem sine dubio post haec, verum cruentam: Lollianas Varianasque clades, interfectos Romae Varrones, Egnatios, Iullos.

Apologie

Apulée

Réponse d'Apulée à une accusation de ses adversaires, lors de son procès pour meurtre.

De patria mea uero, quod eam sitam Numidiae et Gaetuliae in ipso confinio meis scriptis ostendi scis, quibus memet¹ professus sum, cum Lolliano Auito c.u. praesente publice dissererem, 'Seminumidam' et 'Semigaetulum': **(2)** non uideo quid mihi sit in ea re pudendum, haud minus quam Cyro maiori, quod genere mixto fuit Semimedus ac
 5 Semipersa. **(3)** Non enim ubi prognatus, sed ut moratus quisque sit spectandum, nec qua regione, sed qua ratione uitam uiuere inierit, considerandum est. **(4)** Holitori et cauponi merito est concessum holus et uinum ex nobilitate soli commendare (...) **(5)** Enimuero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti quid ex istis² addi uel minui ad uirtutem uel malitiam potest?

¹Memet : accusatif singulier de *egomet*, pronom d'insistance : « moi-même ».

²Istis : les qualités d'un territoire, tels que son climat et sa végétation.

Discours sur la réponse des haruspices

Cicéron

Exorde du discours, où l'orateur justifie sa fougue de la veille, alors qu'il était accusé d'être responsable des maux qui menacent Rome.

5 Sed tamen mei facti rationem exponere illis volo qui hesterno die dolore me elatum et iracundia longius prope progressum arbitrabantur quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum. Ego enim me, patres conscripti, inimicum semper esse professus sum duobus, qui me, qui rem publicam cum defendere deberent, servare possent, cumque ad consulare officium ipsis insignibus illius imperi, ad meam salutem non solum auctoritate sed etiam precibus vestris vocarentur, primo reliquerunt, deinde prodiderunt, postremo oppugnarunt,